strator kam aus dem Kloster Weingarten der Prior Andreas Geist nach Hirsau. (Christmann pg. 280; Rothenh. pg. 65.)

**17. Dec. 1630** [1]) liess der neue katholische Abt die Klosterunterthanen huldigen. (Oberamtsbeschr. Calw pg. 242.)

**Ende des Jahres 1631** [2]) mussten die katholischen Mönche aus Hirsau wieder fliehen. (Rothenh. pg. 65.)

**24. Juni 1632** wurde im Kloster Hirsau die protestantische Klosterschule wieder eröffnet, nachdem der Herzog durch Beamte das Kloster hatte in Besitz nehmen lassen. (Steck pg. 158.)

**28. Juni 1633** wurde auf einem Landtag auch Abt Bauhof von Hirsau wieder in sein Amt eingesetzt. (Steck pg. 158.)

**6. Aug. 1633** kam Abt Bauhof mit seiner Familie wieder aus Böblingen in Hirsau an. (Steck 158.)

**17. Oct. 1633** wurden vom Herzog in die Hirsauischen Klosterorte die protestantischen Prediger wieder eingeführt. (Steck 158.)

**31. Mai 1634** wurde das abgebrannte Forsthaus in Hirsau wieder aufgerichtet. (Steck 158.)

**21. Sept. 1634** [3]) wurde der protestantische Abt mit den Klosterbewohnern infolge des unglücklichen Ausgangs der Schlacht von Nördlingen zur Flucht genöthigt. Der katholische Abt Andreas kehrte mit seinen Conventualen wieder nach Hirsau zurück. (Oberamtsbeschr. Calw 245; Christmann pg. 280.)

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

---

## Kleinere Quellen und Forschungen zur Geschichte des Cistercienser-Ordens.

Von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

(Fortsetzung zu Jahrg. XIII. 1892, S. 84—91.)

### IV.

Mit der zweiten Hälfte des XIII. Jahrhunderts beginnt für den Cistercienser-Orden die Zeit der Bedrängung von Seiten der weltlichen Macht. Schon um 1270 führt er beim römischen Stuhle Beschwerde: *Quidam filii mundi huius . . . invident nobis hoc ipsum quod vivimus, dum eorum perversitas nos habere non patitur quo vivamus . . . in viaticum peregrinacionis nostre tota malignitate deseviunt machinantes, ut modis omnibus pauperum substanciolam vel concutere per calumpniam vel excutere valeant per rapinam:*

---

[1]) Die Bursfelder Congregation hatte zum Abt für Hirsau den Fuldaer Conventual Adolph von Hohenegg († 1635 in St. Gallen) bestimmt. Diesen Vorschlag verwarf aber die schwäbische Congregation und deren Vorsitzer der Abt von Weingarten, aus 20 Gründen. (Gerbert II. 423; Steck 157.)

[2]) Die Schlacht bei Leipzig oder Breitenfeld war 17. September 1631 geschlagen worden.

[3]) Rothenh. hat unrichtig pg. 65: 26. August.

*instaurant lites, exaggerant questiones, et si aliter tollere nostra non prevalent, in illius fraudis commenta transsiliunt.*[1]) Im XIV. Jahrhunderte werden die Klagen lauter und allgemein.[2]) Die Ursachen dieser Bedrückungen lagen zum Theile in der zu Ende des Mittelalters überhand nehmenden Verwilderung der gesellschaftlichen Zustände, zum Theile in der Wandlung, die sich damals im Orden selbst vollzogen hatte. In letzterer Beziehung sind die Verse von hohem Interesse, die sich in einer Zwettler Handschrift aus dem XIV. Jahrhunderte erhalten haben:[3])

*Olim, dum simplicitas ordinis vigebat,*
*Nos laudabant homines, nullus nos ledebat,*
*Collectas ab ordine nullus requirebat;*
*Sed ordo pacifice deo serviebat.*
*Nunc videntes homines grandes apparatus,*
*Equos et sarmarios, splendidos ornatus*
*Dicunt: Si non locuples horum esset status,*
*Non valerent ducere tales equitatus.*
*Propter terras, areas, vineas et prata,*
*Que sunt a fidelibus nobis quondam data,*
*Nos rodunt, nos lacerant, dicunt: Nimis lata*
*Sunt bona, que possidet gens hec cucullata.*

Der Orden suchte sich gegen Beeinträchtigungen dieser Art durch päpstliche Schutzbriefe und Conservatoren zu schirmen. Eine Reihe von Verfügungen des apostolischen Stuhles verdankt diesem Streben ihren Ursprung.[4]) Die wichtigste derselben ist ohne Zweifel jene, welche Clemens VI. 1351 getroffen. Durch diese wurden nämlich für den ganzen Orden Conservatoren bestellt. Aus Henriquez' Aeusserung:[5]) *Tres abbates iudices conservatores deputantur pro defensione rerum mobilium et immobilium, iurisdictionum et omnium monasteriorum Cisterciensis ordinis possessionum* könnte man schliessen, dass blos die in der päpstlichen Urkunde, deren Inhaltsangabe diese Worte bilden, erwähnten *abbates monasteriorum S. Genovefae Parisiensis et S. Clementis Metensis et S. Pauli Bisuntinensis* mit dem Schutze des gesammten Ordens betraut worden seien. Diese Ansicht wäre indess unrichtig. Es ist vielmehr anzunehmen, dass sich die Vollmacht der Conservatoren allerdings auf den ganzen Orden ausdehnte, dass aber nicht blos in Frankreich solche bestellt wurden. Welchen Nutzen hätte es

---

[1]) Baumgartenberger Formelbuch, Fontes rer. Austr. II. 25, 147, Nr. 23.
[2]) Vgl. Winter, Die Cistercienser des nordöstlichen Deutschlands III, 7.
[3]) Rithmice pulcherrime de novo statu ordinis vv. 18—29, Archiv f. K. österr. Gesch.-Qu. II, 422.
[4]) Vgl. Winter a. a. O. 15.
[5]) Regula, constitutiones et privilegia ordinis Cisterciensis 107.

auch z. B. einem polnischen Kloster gebracht, im fernen Westen Beschützer zu haben? Sollte der Zweck der päpstlichen Verfügung erreicht werden, so musste jede Ländergruppe Conservatoren für die in ihr gelegenen Stifter besitzen. Dass dies auch wirklich der Fall war, geht aus nachstehender Urkunde hervor, die im ältesten Wilheringer Copialbuche (XIV. Jahrh.) F. 98—99 enthalten ist. Wir erfahren nämlich aus derselben, dass der Bischof von Wardein und die Aebte der Klöster Martinsberg und zu den Schotten mit dem Schutze der Cistercienser, zunächst wohl der ungarischen und österreichischen, beauftragt wurden. Sie ist zugleich, soweit ich sehe, der einzige Beleg dafür, dass diese Verordnung in Oesterreich nicht ohne Bedeutung blieb.

*Donualdus*[1]) permissione divina abbas monasterii *sancte Marie Scotorum* in *Wyenna* ordinis sancti Benedicti *Pataujensis* dyocesis, perpetuus conservator iurium et privilegiorum monachorum *Cysterciensis* ordinis unacum quibusdam nostris collegis iam dudum a sede apostolica specialiter deputatus universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidyaconis, archipresbiteris, tam chathedralium quam collegiatarum ecclesiarum canonicis, parrochialium[2]) ecclesiarum rectoribus, plebanis, viceplebanis, presbiteris, curatis et non curatis ac notariis publicis seu tabellionibus per *Saltzpurgensem* et *Patauiensem* civitates et dyoceses constitutis[3]) salutem in domino sempiternam et mandatis nostris, ymo verius apostolicis firmiter et efficaciter obedire. Dudum in Christo sanctissimus pater et dominus noster, dominus *Clemens* sancte memorie papa VI nobis sub nomine dignitatis per suas litteras apostolicas commisit et precepit et mandavit, quatenus omnes et singulos iniuriatores iurium seu privilegiorum monasteriorum *Cysterciensis* ordinis compesceremus, prout in eisdem litteris apostolicis plenius continetur. Quarum tenor per omnia sequitur in hec verba:

*Clemens* episcopus, servus servorum dei venerabili fratri, episcopo *Waradiensi* et dilectis filiis *sancti Martini de Sacro Monte Panonie* ac *beate virginis Scotorum* in *Wienna Jaurinensis* et *Patauiensis* dyocesium monasteriorum abbatibus salutem et apostolicam benediccionem. Militanti[4]) ecclesie disponente domino presidentes circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium sollercia reddimur indefessa solliciti, ut eorum occurramus dispendiis et utilitatibus divina cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum abbatis *Cysterciensis* ad *Romanam* ecclesiam

[1]) 1380—1392. Vgl. Hauswirth, Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei U. L. F. zu den Schotten 22.

[2]) parochialibus.

[3]) constituti.

[4]) Von hier an stimmt die Urkunde grösstentheils mit der bei Henriquez a. a. O. 107 f. abgedruckten überein.

nullo medio pertinentis *Cabilonensis*[1]) dyocesis ac abbatum et dilectarum in Christo filiarum abbatissarum monasteriorum ordinis *Cysterciensis* ac eorundem monasteriorum conventuum conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et aliarum ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares necnon duces, marchiones, comites, barones, milites, nobiles et layci, communia civitatum, universitates oppidorum,[2]) castrorum, villarum ac aliorum locorum et alie singulares persone civitatum et dyocesium ac parcium diversarum, in quibus dicta monasteria ac alia loca et membra eisdem monasteriis subiecta consistere dinoscuntur, occuparunt et occupari[3]) fecerunt castra, villas et alia loca, domus, ecclesias, grangias, molendina, decimas, obediencias, casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus et proventus, iurisdicciones[4]) et iura ac nonnulla bona mobilia et immobilia ad dicta monasteria et huiusmodi alia membra eorum spectancia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium et favorem, nonnulli eciam civitatum et dyocesium ac parcium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, dictis abbatibus, abbatissis et conventibus super predictis[5]) castris, villis et locis, ecclesiis, grangiis, molendinis, decimis, casalibus, terris, iurisdiccionibus, possessionibus, censibus, iuribus, bonis et rebus aliis ad monasteria et membra predicta spectantibus multiplices molestias ac iniurias inferunt et iacturas. Quare pro parte dictorum abbatum et abbatissarum et conventuum nobis extitit humiliter supplicatum, ut, cum valde difficile reddatur[6]) eisdem pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, proinde eis super hoc paterna providencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem abbatibus, abbatissis et conventibus remedio subvenire, per quod illorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus [vos] vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, eciam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, abbatibus, abbatissis et conventibus supradictis efficacis[7]) defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super premissis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad ipsos communiter vel divisim spectantibus ab eisdem et quibus-

[1]) Cabiolonensis.
[2]) opidorum.
[3]) ocupari.
[4]) iurisdiccionis.
[5]) conventibus supradictis.
[6]) redatur.
[7]) efficaces.

cumque aliis indebite molestari seu eis gravamina, dampna vel iniurias irrogari facturi ipsis, cum ab eis vel eorum aliquibus seu procuratore vel procuratoribus eorundem vel aliquorum ipsorum fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione ecclesiarum, grangiarum, castrorum, casalium, terrarum, possessionum, iurisdiccionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum ac aliorum quorumcumque bonorum necnon et quibuslibet iniuriis, molestiis atque dampnis presentibus et futuris, in personis et rebus eorum illatis eisdem, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iusticie complementum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel condicionis, eciam si archiepiscopalis vel episcopalis dignitatis extiterint, quandocumque vel quocienscumque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitucionibus [1]) felicis recordacionis *Bonifacii* pape VIII, predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et dyocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant seu quod de aliis quam manifestis iniuriis et violenciis ac aliis, que iudicialem exigunt indaginem, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis conservatores se nullatenus intromittant, et tam de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam aliquis extra suam civitatem et dyocesim auctoritate presencium ad iudicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitucionibus a predecessoribus nostris *Romanis* pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis et aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdiccioni aut potestati eiusdemque libero exercicio obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a prefata sede sit indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici seu extra vel ultra certa [2]) loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et de eorum personis, locis,

---

[1]) obstante constitucione.

[2]) ad.

ordinibus et nominibus propriis mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdiccionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mencio specialis. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod presentes littere per concedentis obitum non exspirent et quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, quodque a datis presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et singulis ceptis et non ceptis eorum, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdiccio attributa,[1]) ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et iurisdiccio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super conservatoribus[2]) et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Per hoc autem aliis conservatoribus dictis abbatibus, abbatissis et conventibus per nostras litteras apostolicas quascumque concessis, quominus ipsi easdem litteras in omnibus exequi et iurisdiccionem et potestatem eis per dictas litteras attributam exercere libere valeant, quacumque constitucione contraria non obstante ac ipsis quoque litteris non intendimus in aliquo derogare. Datum *Auinione* pridie Non. Febr. pontificatus nostri anno nono.

Nuper vero constitutus coram nobis venerabilis pater, dominus *Hainricus*[3]) abbas monasterii *Nouimontis* dicti *Cysterciensis* ordinis *Saltzburgensis* dyocesis nobis exposuit cum querela, quod honorabiles viri, domini *Georius Schenkch* officialis curie *Saltzburgensis* et *Hainricus*[4]) archidyaconus superioris marchie *Stirie* contra deum et iusticiam et contra privilegia sedis apostolice dicto ordini indulta ipsum multipliciter molestarent, inquietarent et perturbarent, videlicet citando eum ad sua iudicia ac excommunicando et denunciando ipsum hinc inde.[5]) Quare nobis humiliter supplicavit,

---

[1]) atributa.

[2]) conservatore.

[3]) 1373—1388. Vgl. Pichler, Cistercienser-Abtei Neuberg 60.

[4]) Pfarrer in Fohnsdorf bei Judenburg. Vgl. Wichner, Geschichte des Benedictiner-Stiftes Admont III, 84.

[5]) Urban VI. hatte 1379 den Dominicaner Heinrich Ackerlein (Echerlin) nach Deutschland geschickt, um in den Diöcesen Salzburg, Bamberg, Passau, Freising, Eichstädt, Augsburg und Regensburg für den apostolischen Stuhl ein subsidium caritativum von 10.000 Goldgulden einzuheben (Mon. Boic. XXX. 2, 339). Auf die Salzburger Kirchenprovinz entfielen 3000 fl. Das Stift Neuberg

quatenus sibi super hoc de oportuno remedio providere et predictos iniuriatores, molestatores seu perturbatores iurium et privilegiorum suorum compescere dignaremur. Nos vero abbas et conservator predictus volentes monasteria dicti ordinis in suis privilegiis et iuribus, in quantum possumus, conservare, idcirco vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet ferimus in hijs scriptis, trium tamen dierum canonica ammonicione premissa, districte precipimus et mandamus. quatenus prefatos dominos *Gregorium*[1]) *Schenk* officialem et *Hainricum* archidiaconum auctoritate nostra, ymo verius apostolica moneatis, quos et eorum quemlibet nos eciam, in quantum possumus, monemus per presentes, ut attemptatam[2]) iniuriam, quomodocumque et qualitercumque per eos vel ipsorum alterum sive ex officio seu ad partis cuiuscumque instanciam dicto abbati illata fuerit, infra sex dierum spacium post vestram monicionem eis et eorum cuilibet factam, quos eis pro termino peremptorio et canonica ammonicione assignamus, revocent et tollant faciendo a predictis denunciacionibus penitus et omnino cessari nosque suis litteris patentibus infra terminum inferius descriptum instruant et informent, an premisse attemptate denunciacioni[3]) finem inponere intendant, et ut alii ab ipsa desistant eamque revocent seu revocare in audiencia velint cum effectu. Alioquin predictos dominos officialem et archidiaconum ad nostram peremptorie citetis presenciam, quos et eorum quemlibet nos eciam citamus per presentes, ut die XV post lapsum dictorum sex dierum immediate sequenti, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica extunc sequenti compareant coram nobis *Wyenne* in dicto nostro monasterio hora vesperorum allegaturi causam racionabilem, quare ad inhibicionem omnium attemptorum per ipsos procedere non possimus neque debeamus, certificantes ipsos, quos et nos et ipsorum quemlibet certificamus per presentes, quod si infra predictum terminum superius expressum premissa attemptata non revocaverint cum effectu vel saltem[4]) in ipso termino non comparuerint et causam racionabilem, quare attemptata revocare non debeant, allegaverint, nos ad inhibicionem eorum et ad alia in isto facto necessaria

---

sollte 40 fl. zahlen, verweigerte aber jeden Beitrag, da in dem Schreiben Urbans VI. die Cistercienser nicht mit Namen angeführt seien. Deshalb mit den kirchlichen Strafen belegt, appellierte es an den Papst (Wilheringer Hs. IX, 74, F. 1 ff.). Es liegt nahe, einen Zusammenhang zwischen diesem Streite und unserer Urkunde anzunehmen.

[1]) Georium? Oder ist oben für Georium Gregorium zu lesen?

[2]) atemptatam.

[3]) denunciacionis.

[4]) saltim.

procedemus eorum contumacia seu absencia non obstante. In signum vero fidelis execucionis quilibet vestrum, qui requisitus fuerit, reddat presentes litteras sigillatas diem monicionis, citacionis et quidque in premissis fecerit nobis plenarie rescribendo. Datum anno domini MCCCLXXX secundo in monasterio nostro supradicto sigilli nostri sub appressione IIII Non. mensis Octobris.

V.

Seit der Doppelwahl des Jahres 1130 spielte der Cistercienser-Orden in den Zeiten der Gegenpäpste stets eine hervorragende Rolle. Seinem Einflusse verdankte nicht zum geringsten Theile Innocenz II. seinen Sieg über Anaklet II., Alexander III. seine glücklichen Erfolge im Kampfe mit Victor IV. Kein Wunder deshalb, dass auch Cardinal Pileus von Prata, als er 1379 mit der Aufgabe betraut wurde, die Interessen Urbans VI. in Deutschland zu vertreten, sich um die Bundesgenossenschaft der Cistercienser bewarb. Welche Schritte er in dieser Richtung that, erhellt theilweise aus folgender Urkunde (Pp.), die, von Friedrich Meichsner, ursprünglich Mönch von Neuberg, später, zu Ende des XIV. Jahrhunderts, Mitglied des Stiftes Wilhering, geschrieben, sich gegenwärtig im Archive dieses Klosters befindet.

*Pileus* miseracione divina tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis, apostolice sedis nuncius etc. reverendo, religioso viro . . abbati . . ordinis . . . . dyocesis salutem in domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis in hac parte firmiter obedire. Habentes circa varia, diversa et ardua negocia factum fidei katholice, statum sancte *Romane* ecclesie et sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini *Vrbani* divina providencia pape VI bonumque rei publice et ordinis vestri honorem, statum, commodum et profectum concernencia evidenter ex commissione et mandato dicti domini nostri pape prelatorum secularium et regularium et aliarum personarum, de quibus nobis visum foret, *Alamanie, Bohemie, Polonie* et aliarum parcium implorato consilio providere et volentes mandatis apostolicis firmiter obedire circa premissa, prout sui gracia altissimus concesserit, providendo et super felici, ut speramus, prosecucione, consummacione et execucione predictorum volumus et protinus intendimus[1]) inter ceteros abbatum omnium ordinis vestri per *Alamaniam, Bohemiam* et *Poloniam* existencium participare consilium, vos presencium tenore apostolica auctoritate monemus et requirimus in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam si nostris infra scriptis mandatis non parueritis cum effectu, ex nunc prout ex tunc canonica monicione premissa vos incurrere volumus ipso facto,

---

[1]) intendamus.

districte precipiendo mandantes, quatenus in proximo venturo festo assumpcionis beate Marie virginis gloriose in *Nueremberch Babenbergensis* diocesis debeatis personaliter esse et pro predictis convenire nobiscum, ut divini numinis gracia inpetrata et vestro et aliorum participatis consiliis ad nobis commissa adimplenda feliciter illustremur, supradictum terminum vobis pro primo, secundo et tercio peremptorio presentibus assignantes sub eadem pena, vobis presencium tenore eadem auctoritate mandantes, quatenus auctoritate nostra, ymmo verius apostolica per vos vel alium seu alios moneatis, canonice requiratis, quos nos eciam tenore presentis requirimus et monemus, omnes et singulos ordinis vestri abbates per dicta *Alamanie, Bohemie* et *Polonie* partes et regna constitutos eisque et eorum cuilibet sub excommunicacionis pena, quam in non parentes nostra auctoritate proferatis in scriptis, super quo vobis plenam concedimus facultatem, et ex nunc prout ex tunc [in] vos eciam proferimus canonica monicione premissa, et sub aliis penis in eos et eorum quemlibet nostro ac eciam vestro arbitrio proferendis et infligendis districte mandantes, quatenus eadem die, videlicet assumpcionis supradicte, in supradicto loco, videlicet in *Nueremberch,* sint personaliter et pro predictis conveniant simili modo nobiscum. Alioquin contra vos et ipsos, si vos vel ipsi inobedientes fueritis vel fuerint, ad ipsius excommunicacionis sentencie publicacionem et denuncciacionem et ad alia graviora mediante iusticia procedemus. Has autem litteras nostri sigilli inpressione munitas, quas ad cautelam registrari iussimus, . . . presentari, de quarum presentacione relacioni [1]) [latoris] earum [2]) nunccii nostri iurati dabimus plenam fidem. Dat. *Prage* in domo habitacionis nostre die X mensis Maii anno domini MCCCLXXIX, indiccione II, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini *Vrbani* divina providencia pape VI anno secundo.

Wie viele Aebte dieser Einladung Folge geleistet, darüber fehlen uns leider nähere Nachrichten. Sicher ist nur, dass sich Abt Heinrich von Neuberg an der Nürnberger Versammlung nicht betheiligte, wohl aber die Aebte von Heiligenkreuz und Lilienfeld. Im Wilheringer Archive findet sich nämlich ein Urkundenfragment (Abschrift auf Papier), in dem jener sein Fernbleiben mit der Armuth seines Klosters entschuldigt: *Cum monasterium nostrum sit nova plantacio et propter precipitem fundatoris nostri mortem monasterii nostri . . . redditus . . . adeo sint tenues . . . ita quod ecclesiam, refectorium et quam plures officinas ob sumptuum defectum . . . habeamus adhuc imperfectas et aliquas nondum inchoatas,*

---

[1]) relacione.
[2]) eorum.

*ad quas perficiendas . . . nullatenus suppetunt nostre pro nunc facultates, nisi favorabili principum fundatoris successorum auxilio eodem integraliter compleantur . . .* Als Zeugen hiefür gibt er die Aebte von Heiligenkreuz und Lilienfeld an, deren Erscheinen gewiss sei. Ob dies der einzige Grund war, kann füglich bezweifelt werden. Es liegt jedenfalls die Vermuthung nahe, dass Abt Heinrich in seiner Handlungsweise auch von Rücksichten auf Herzog Leopold III., den Anhänger des Gegenpapstes Clemens VII., geleitet wurde; denn es musste ihm gewiss räthlich erscheinen, seinem Stifte die Huld dieses *princeps fundatoris successor* zu erhalten.

Auch über das Ergebnis der Nürnberger Berathungen ist nichts bekannt. Dass Cardinal Pileus seinen Zweck erreicht, kann nicht zweifelhaft sein, da der Cisterzienserorden auf Seiten Urbans VI. stand, seine Gliederung aber viel zu straff war, als dass die deutschen, böhmischen und polnischen Mitglieder nicht für diesen Papst hätten eintreten sollen. Urban VI. bewies denn auch den Cisterciensern wiederholt seine Gunst. Ich möchte hier nur auf ein Privilegium hinweisen, das, einem Transsumpt (Pp.) des Erzbischofes Marinus von Tarent eingeschaltet, im Wilheringer Stiftsarchive aufbewahrt ist. Es lautet folgendermassen:

*Vrbanus* episcopus, servus servorum dei dilectis filiis universis collectoribus et subcollectoribus fructuum et proventuum camere apostolice debitorum ubilibet constitutis salutem et apostolicam benediccionem. Attendentes onera et gravamina, que *Cisterciensis* ordo eiusque persone actenus sustinuerunt et adhuc sustinent, earumque diminucionem proventuum omnia arrengia,[1]) in quibus dictus ordo camere nostre apostolice racione tricesime per precessores nostros *Romanos* pontifices hactenus inposite tenetur, et eciam omnia et singula, ad que in antea pro dicta tricesima teneri posset, nec non omnes et singulas procuraciones per nos dumtaxat inpositas et per personas eiusdem ordinis debitas nec non spolia sive bona abbatum et aliarum personarum dicti ordinis, que iam migraverunt ab hac luce et quarum bona ante ipsarum[2]) obitum erant disposicioni apostolice reservata, eidem ordini remittimus per presentes, ita tamen, quod si de premissis aliqua iam sunt soluta seu donata aut recepta, illa per gentes dicti ordinis repeti nequeant seu eciam defalcari. Et nichilominus volumus et ordinamus per presentes, quod per duos annos continuos a data presencium conputandos quoad predictum ordinem et eius personas cessent omnes procuraciones aut alia quecumque subsidia sive decime sive alio quovis nomine censeantur pro dicta camera apostolica iam forsan inposita vel infra ipsos duos annos

---

[1]) arremgia.
[2]) ipsorum.

inponenda nec persone ipsius ordinis aut dictus ordo ad solvendum aliqua predicte camere apostolice aut alteri eiusdem nomine de huiusmodi duobus annis pro procuracionibus, decimis aut aliis subsidiis conpellatur, et si secus actum fuerit, id irritum sit et inane. Per hoc autem non intendimus ipsos a solucione censuum, si quos nobis aut *Romane* ecclesie solvere tenentur, liberare, sed ipsos census persolvi volumus in terminis consuetis. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus remissionem, voluntatem et ordinacionem nostras huiusmodi debite observantes personas dicti ordinis contra tenorem presencium nullatenus molestetis in hoc taliter vos habendo, quod de vexacione indebita nequeatis reprehendi, sed bone obediencie promptitudine merito commendari [1]) possitis. Datum *Rome* apud sanctum Petrum VI. Kal. Junij pontificatus nostri anno VI.[2])

## Nachtrag zum I. Art. d. Heftes: Albers, Ein Beitrag zur Geschichte von S. Maximin in Trier.[3])

Bei Durchsicht des Codex Ottob. 2422. P. I. fanden sich nachstehende 4 Briefe des päpstlichen Legaten in Cöln an den Erzbischof von Trier bez. an den Abt von St. Maximin. Diese letzteren geben uns Aufschluss über die Dunkelheit, welche über den Acten des Cod. Ottob. 2421. P. I und II. bezüglich der Reformatio Monasterii S. Maximini schwebt und wir ersehen aus denselben, dass vom Erzbischofe von Trier die Anregung zu einer Visitation und Reformation des Klosters St. Maximin ausgegangen zu sein scheint. Den Erzbischof leitete vielleicht der stille Wunsch infolge dieser Visitation das Kloster seinem erzbischöflichen Stuhle unterworfen zu sehen, wenigstens gibt zu dieserAnnahme der Brief des Legaten an den Erzbischof sub n. 3 Anlass, und wir sehen auch bald die Mönche von St. Maximin sowohl beim hl. Stuhle in Rom als beim Kaiser über gewaltsame Eingriffe des Erzbischofes in ihre Rechte Klage führen. Papst und Kaiser standen jezt noch für die Rechte des Klosters ein, das jedoch bald, wenn auch nach harter Gegenwehr, seinen fürstlichen Rang verlor und dem Erzbischofe von Trier als Landesherrn untergeordnet wurde. 1653 am 4. Juni wurde dieser Streit durch den kaiserlichen Gerichtshof[4]) zu Gunsten des bischöfl. Stuhles entschieden; der Abt von St. Maximin musste vom Erzbischofe von Trier als seinem Landesherrn die Re-

[1]) commendare.

[2]) Kaum mehr zu entziffern. Es ist entweder V oder VI zu lesen; wahrscheinlich letzteres.

[3]) Da uns dieser Nachtrag erst nach geschlossener Drucklegung der I. Abth. zukam, mussten wir denselben hieher verlegen. Die Red.

[4]) Hontheim hist. dipl. Trevir III, 686/87 und 752.